

[II p 3]

DIES VITE QUEDAM MORS EST FORTUNE ECIAM MANENTIS et ita numquam simpliciter constans est quia aut sui mutabilitate deseret te aut tui mutabilitate deseretur a te, unde subdit (50) QUID Igitur referre putas, TUNE⁵⁴ ILLAM DESERAS MORIENDO AN TE ILLA FUGIENDO ? quasi diceret nichil refert quantum ad constanciam uel permanenciam. Siue enim deserat siue deseratur, manifestum est quod permanere non potest.

[II m 3]

CUM POLO metrum tertium huius libri secundi quod est mixtum quia metrum primi uersus dicitur Saphicum a Sapha eius inuentrice. Constat autem primo pede trocheo secundo spondeo tercio dactilo quarto trocheo quinto trocheo uel spondeo. Metrum uero secundi uersus est Gliconium, de quo dictum est supra libro primo metro sexto. In hoc autem metro pluribus exemplis mundanam mutabilitatem describit. Et circa hoc duo facit. Primo enim mundanam mutabilitatem docet.¹ Secundo confidenciam fortuitorum dissuadet ibi (13) RARA¹ SI CONSTAT. Circa primum ponit tria exempla quorum

54 tune RPO ne tu J /

l docet secundo confidenciam fortuitorum dissuadet ibi rara (raro D)
PD docet id est confidenciam fortuitorum dissuadet rara RJ ✕
docet et confidenciam fortuitorum dissuadet rara O /

primum est de corporibus celestibus. Dicit ergo (1) CUM PHEBUS id est sol CEPERIT SPARGERE LUCEM ROSEIS QUADRIGIS ponit plurale pro singulari et loquitur more poetarum qui soli attribuunt quadrigam. Dicitur autem quadriga a numero equorum et iugo; ideo autem poete currum solis quatuor equis trahi fingunt propter quatuor diuersitates diei, quia prima pars est rubens² secunda splendens tercia calens quarta deficiens splendore. Unde primus equus uocatur Eritius³ id est rubens⁴ secundus Alteon id est splendens tercius lampus id est ardens⁵ quartus Philogeus id est amans terram cum incipit ad occasum descendere. Luna uero dicitur habere bigam propter duas proprietates, quia humida est et frigida. Ouidius tamen secundo Metamorphoseon aliter nominat equos solis dicens

Interea uolucres Pyrous⁶ Eous et Ethon
Solis⁷ equi quartusque Flegon . . . ✓

Dicitur autem Pyrous a pyr quod est ignis, quia mane ad modum ignis rubet; Eous id est calidus, quia sol circa terciam calet; Ethon⁸ id est ardens, quia sol circa meridiem ardens est; Flegon,

q II 153-154

2 rubens RPO rubra J rubea D / 3 eritius R eruteus P ericoeus J
ericceus Q ericius D / 4 rubens RPO rubeus JD / 5 id est ardens
RPO uel ardens J / 6 Pyrous JO pirous R phirons P pyrois ex
pyrius ?D / 7 solis equi RPO solis qui J / 8 ethon RPD eton JO /

id est tepens, quia sol uersus occasum tepet in ueste. Dicitur autem quadriga solis rosea propter ruborem ⁹ roseum apparentem in ortu solis. (3) STELLA HEBETATA scilicet a uigore lucis proprie PREMENTIBUS id est opprimentibus FLAMMIS scilicet solis PALLET ALBENTES VULTUS et ita patet mutabilitatem esse in facie celi. Secundum exemplum est in terre nascentibus de quibus dicit (5) CUM NEMUS IRRUBUIT VERNIS id est uernalibus ¹⁰ ROSIS ¹¹ FLATU ¹² ZEPHIRI TEPENTIS qui est collateralis Fauonii a parte australi (7) SPIRET id est si spiret INSANUM id est insane. NEBULOSUS AUSTER est enim adductius nubium (8) IAM DECUS scilicet florum ABEAT ¹³ id est abibit ¹⁴ SPINIS et sic appetat mutabilitas in ¹⁵ terre ¹⁵ nascentibus. ¹⁵ Tercium exemplum est de mari de quo dicit (9) SEPE MARE INMOTIS FLUCTIBUS RADIAT id est splendet TRANQUILLO SERENO, SEPE AQUILO VERSO EQUORE CONCITAT FERVENTES PROCELLAS et ita mutatur facies maris. Deinde cum dicit (13) RARA SI ex predictis hortatur non confidere ¹⁶ in bonis Fortune dicens SI MUNDO CONSTAT id est permanet SUA FORTUNA ¹⁷ RARA ut ex dictis patet (14) SET

9 roseum RPO rose J / 10 uernalibus JPO uernaculis RD / 11 rosis RPD roseis JO / 12 zephiri RPO zepheri JD / 13 abeat PD habeat RJO,
 14 id est abibit RPO abibit J / 15 in terre nascentibus RDO
 in terra nascentibus P in rerum nascentibus J / 16 confidere RPDO
 considere (?) J / 17 for^{ma} J /

[II m 3]

TANTAS VARIAT VICES, CREDE FORTUNIS CADUCIS HOMINUM id est noli credere.¹⁸ Loquitur enim yronice et yronia debet exponi per contrarium: CREDE id est noli credere.¹⁸ (16) BONIS FUGACIBUS cuiusmodi sunt omnia bona Fortune quod patet ex hoc quod (17) CONSTAT POSITUMQUE EST id est stabilitum ETERNA LEGE UT NICHIL GENITUM¹⁹ CONSTET id est immutabile permaneat. Nichil enim immutabile nisi solus Deus.

[II p 4]

TUM EGO prosa quarta huius¹ libri secundi.¹ Postquam Philosophia ostendit supra non esse conquerendum de Fortuna propter bona que Boecio in preterito contulit. Hic ostendit non esse conquerendum de Fortuna propter bona que ei in presenti ^{Qum} dereliquit. Et circa hoc duo facit. Primo docet ~~enim~~ in presenti plurima bona Fortune habere, licet non ita habundet in omnibus sicut prius. Secundo ostendit securiorem uitam esse que nec nimis habundat nec nimis eget quam illa que in alterutro excedit metro quarto ibi QUISQUIS VOLET. Circa primum duo facit. Primo enim

 18 id est noli credere loquitur enim yronice et yronia debet exponi per contrarium credere id est noli credere (yrona D)RD yronia est id est noli credere PO yronia est credere id est noli credere J /
 19 genitum RPO gemitum J /

1 huius libri secundi R huius secundi JO libri secundi D /